8

# Vstrzycki Vicecapitaneus Loci Sobiekurskiey Scriptum Roborat.

Coram Gnoso Stanislao Roguski, in locum Gnosi Mathiae Stanislai de Vnihow Vstrzycki Vicecapitanei Loci praesentem subdelegato, in se, bonaque sua subdelegationis munus libere et benevole coapumente officioque et actis praesentibus, Comparens praeterea idem Gnosus Mathias Stanislaus de Vnihow Vstrzycki Vicecapitaneus Premysliensis, sanus mente, et corpore existens, a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus rndo. Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capituli Premysliensis, quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus, ac bonis suis gnlibus omnibus tollitur et plenarie subiicientem et incorporandum palam, libere, publice ac per expressum Regtum. Quia ipse, se ac suos successores, in et super bonis suis gnlibus omnibus, ac summis pecuniariis quibusvis inscribit et obligat praesentem, Gnosae Mariannae Swietlicka, Gnosi olim Gaspari Sobiekurski Consorti relictae viduae, Scriptum certum manuale, per se Regtem, eidem ratione certarum rerum, et conditionum ibidem contentorum, de acta, et data illius in Villa Sierakosce die Vndecima mensis Septembris, anno praesenti Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo quarto, datum manu sui Regtis propria subscriptum in omnibus, et singulis illius Scripti conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus gnlibus Vniversis firmiter tenere complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis illius Scripti contentis, tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praedictum, ad Inscriptionem praesentem Robriam, et Inscriptionem praesentem Robriam, ad praedictum Scriptum vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio Trium Millium florenorum polonicorum per eundem Regtem Gnosum Vicecapitaneum Loci, et eius successores praedictae Gnosae Sobiekurska, et ipsius Pbris ob non completionem contentorum Scripti praefati tam in parte, quam in toto, toties quoties opus

fuerit

fuerit ad solvendum succumbere. Pro quo quidem vadio modo praeso ad solvendum succ.
ac re aliqua principali ex contentis scripti praefati non completa complenda
Citatus extitit Mrtus Regius Ennosus Vicecapitaneus cum suis successoribus. Ad
Instantiam praenotatam Ennosae Sobiekurska, vel eius successorum. Ad Officium praes.
Castrensem Capitaneatus Premyslien. Extunc recessu suo praesenti, quo ad
indumentum spectat mediante, Sigr in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio stare, iuri parere, mandare, vadium praetactum luere, In-
scriptioni huic satisfacere, ac omnem iudicatum pati debebit, seq. ac suos
successores ad eadem omnia inscribit, et obligat. Illum Terminum primum
peremptorium, et alios omnes exinde eas eiusdem consequentes Terminos Sigr
peremptorios, vera infirmitate pro maiori, minorennitate successione, Legatione
intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Evicto-
rem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non
differendo ad quietionem ultra praeso Terminos Officij praefati Castrensis
Premyslien. dilationem sibi non recipiendo, nullasque Mones, Appellatio-
nes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praesentia omnia praevis simplicibus,
vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione
Terminorum, bello, conventionesque, ac alijs omnibus Iuris remedijs, et de-
fensis non evadendo, nec quovis modo subterfugiendo. Hac praesenti
Regnatione ad praesentia omnia mediante.

Actum in Castro Premysliensi Feria
Quinta ante festum Sanctae Priscae
Virginis proxima. Anno Dni. Millesimo
Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto.

14/I

Gnoinska Fredrowi Castellano Le-
opoliensi Cedit.

Ex copia

Comparens praeter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Pre-
myslien. Ennosa Alexandra de Orzechowice, Ennosi olim Stani-
slai